Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

Textus Augustinus.

IPse vero qui vobis preest non se existimet potestate dominãte. sz charitate seruiente felicem.

Cõmentum Ambrosius.

POstq̃ preceptor noster iussit nihil per negligentiã esse pretereundum obseruandorũq̃ mandatorum sollicitudinem ad prelatuz precipue spectare docuit. nunc vt facilius cõmodi uscz iussa valeat adimplere. nõnullas eiꝰ explicat conditiones Quaz prima est vt non se existimet felicem. quoniã potestatem habet dominandi sed potius qm̃ charitatẽ habet seruiendi. Nempe quicũq̃ ita p̃positus est vt in eo q̃ prepositus sit gaudeat z honorem suum querat. z cõmoda sua solum respiciat. sicut idem Augustinus in libro de pastoribus ait. se pascit nõ oues. inde fit. vt verus pastor nõ sit. sed mercenarius z latro. hic em̃ magis preesse. q̃z pdesse desiderat. hic non animarũ fructũ. sed suum z tpale cõmodum queritat. non celestem gloriam. sed terrenum inquirit honorem. hic non christuz imitatur. qui venit ministrare z non ministrari. qui venit. vt animam suaz poneret pro ouibus suis. qui venit vt alios ad celestẽ traheret vitã. sed potius demonez qui a christo petijt adorari. qui in fraudẽ omnia facit. qui in damnatõnis baratrum satagit omnes eijcere talis inquã pastor iuxta saluatoris sententiã. hic suam recepit mercedem. Quo circa inter ambitiosum. humilemq̃z prelatum. hoc interest. quoniã ille preesse appetens cum adonia elato inquit. ego regnabo. humilis autẽ exemplo saluatoris. quẽ cum iudei vellẽt deum cõstituere fugit. mauult seruus esse ihesu christi q̃z terrestriũ habere potẽtatũ Ille prelatura adepta se felicez putat hic se ministrum dei existimans. gemit. Ille adepta presidentia ob dominandi libidinem abutitur ea. cõtra apostolũ Petruz admonentẽ prelatos. vt neq̃z esse debeãt sicut dominantes in cleris. porro qui volunt cleris dominari extremo efferuntur superbie fastigio. Nam cũ honor z sublimitas eleri nullis possit compationibus adequari. iuxta Ambrosium in pastorali dicentẽ. Si regũ fulgori cõpares. z principi diademeti. longe erit inferius. q̃z si plumbi metallum ad auri fulgorẽ cõpares itaq̃z execrabilis eorum erit ambitio. qui satagunt spiritualibus dominari personis. Nempe cũ iudeas regum colla z principũ submitti genibus sacerdotum. z deosculata eorum dextera. orationibꝰ eoꝝ se credunt cõmuniri nescio pfecto qua detestabiliori possunt inflari supbia. q̃z sacerdotes coꝝ iurisdictioni facere obnoxios. Sed vt acquirẽde dignitatis viam intelligamus sane aduertẽdum est. q̃ triphariam quis prelaturaz adipiscitur. simplici. s. electione. charitate. z obedientia. z si omnes quidem modi boni sint postremꝰ tamẽ secũdum. secundus primũ excedit. Quisquis eligitur si canonice eligitur a deo est. quoniã omnis potestas a dño deo est. Hinc apostolꝰ ait Nemo assumat sibi honorẽ. sed qui vocatus est a deo tãq̃z Aaron. vbi nõ demonum inuocationem. nõ hoim cõspirationes. nõ obseruationẽ siderum. sed summi dei afflatũ inuit i electionibus expectandum. quem nullo pacto aspernari debet electus. alioquin ad vehementem sibi ascriberetur superbiam iuxta diuum Gregorium dicentem. Nõ vere humilis est. qui superni nutus arbitrio. vt deo beat preesse intelligit. z tamẽ cõtemnit. At vero si diuine voluntati conformis proximorum et totius gregis cõmissi charitatis necessitate compellitur pfectior erit. si autem superioris ad hec accesserint iussa hic omnem presidentie perfectionem adipiscitur. hic nõ se potestate dominante. vt preceptor noster ait. sz charitate seruiẽte felicem se poterit existimare. q̃ tanto priores prouinciales. Generales episcopi. archipresules. patriarche. magnates z primates vniuersi facere debent vehementius. q̃z to maxi. pon. in hac militante ecclesia. se seruum seruorum dei esse cunctis gentibus scribit frequentius. quanto rex regum z dominus dominantium christus se ministrum pro humani generis redemptione exhibuit humilius

Sequitur secũda cõditio.

Textus. Augustinus.